Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Casus concientiae - Cod. Ettenheim-Münster 211

Bayer, Rochus

[S.l.], um 1660-1661

Quaestio 8tana

urn:nbn:de:bsz:31-118955

Visual Library

Solutio n. 10 et 11. ad haec si aeger laboret morbo contagioso et Confessarius cum periculo infectionis diutius apud eum morari non possit, sit auditis paucis peccatis subito eum absolvere tradit idem Coninc. D. 9. n. 75. Ceterum per aliqui in casibus praedictis sine speciali peccatorum confessione absoluti sunt, si periculum illud evadunt et impedimentum confessionis cesset, tenentur postea omnia sua peccata in specie et numero confiteri et satisfaciant praecepto Ecclesiae quod talem confessionem omnibus semel saltem faciendam iniungit. Idem dicitur qui in articulo mortis constituti sunt.

Nam loquendo extra articulum mortis idem ferme dicendum est de mutis surdis fatuis infantibus idemque dicitur qui sunt peregrini et ignari idiomatis, nisi aliquando etiam tempore praecepti cum scilicet ex praecepto integre confitendum est, extra mortis periculum vel alia de causa absolvi possunt solo signo dato si aliquid integre nequeat non possit Dicast. V. C. n. 19. debeant autem dicere si possint mortale aliquod peccatum saltem leviter quia hoc est materia necessaria confessionis ut recte adducit S. Hilarius T. 7 n. 119 Reginaldus L. 6 n. 154. Simili modo potest Confitens in confessione licite reticere aliquod quod sibi vel alteri grave damnum aut infamiam sive importunam timet, ita Coninc D. 7. n. 75. et DD. quamvis multi putent hoc casu per talem poenitentem omissa tota confessione contritionem communicare tamen quando ex praecepto vel alia gravi causa tenetur ei communicandum est ita docet Fortis D. qui Dubio 8 n. 3 Medina vide etiam Tho. et alii apud Fl. Ciarigucz D. 6 C. 3 n. 9 ratio est quia hoc est talis quam dividere confessionem et confitentes in tali casu de illo coram confessario cui integre confiteantur contrarium tradit Illi et existimat Ac. Murig. ... Zoli:

Quaestio Octava.

Quando Confessio sit iteranda.

Dantur aliqui casus in quibus confessio ob aliquem defectum necessario iteranda est, quos breviter exhibebimus. Primo confessio ex parte poenitentis iteranda est quando is ex crassa ignorantia tacuit aliquod peccatum mortale vel quando peccavit mortaliter in ipsa confessione non habendo dolorem debitum de peccatis confessis velato quocunque modo. Qui vero maiorem numerum peccatorum bona fide dixit, id est qui de pluribus peccatis se accusavit quam re ipsa perpetraverit nil repetere tenetur nec errorem indicare quia maior numerus in eo sit clarior nec decipit confessarium nisi in summa necessitate nam inde maior poena ei iniungitur, dixi bona fide nam si quis sciens prudens de pluribus mortalibus se accusaret, quam re ipsa fecerit, utique graviter peccaret, et hanc ipsam confessionem iuxta communem doctorum sententiam et communi certe iterare debet. Peccans ex oblivione non tenetur iterare, sed aliquid neglectum aut properantem actum sufficit omissum complere, quia plerumque alia extemporanea faciunt, ut dicere adducit Regi. L. 6 n. 155.

Secundo iteranda est ex defectu confessarii, quando is non habuit iurisdictionem regularem ad poenitentem legitime absolvendum, vel quando

n habeat debitam intentionem absolvendi; secus vero si dicti conf. sufficientem habeat
ut si fuisset ebrius dum absolveret, vel in forma absolutionis essentialem errorem commisisset
ita Filiucius T. 7. n. 200 ex hoc autem colliges sequentia, imprimis quibus confessus
est peccata sua prout ea commisit sed vel ipse vel confessarius putabat esse veniale
tamen quod reipsa fuit mortale aut veniale, non tenetur cognita veritate ad grave
iterare aut repetere, Ratio est, quia ad valorem confessionis non requiritur talis scientia
in confessario, quae semper verum iudicet et attingat alias paucissimi apti essent audiendis
confessionibus et plerasque confessiones esset invalidas quod est falsum cum tamen careat in
additio 198 n. 2 de contra sacri; ita Con: D. 16 n. 14, Sanchez L. 1 c. 10 n. 19
Secus est de eo qui peccatum mortale confessus est tanquam dubium et postea tamen
certo in iudicaverit fuisset certa circumstantia tale tunc non peccatum illud confiteri
tenetur tanquam certum et exploratum quod antea solum ut dubium confessus est Dices
Dicere confitentes sacerdoti valde indocto, qui debeat omnem poenitentem conti-
tentem confiteri iterare tenetur confessionem R. Concedo: totum, si ita indoctus et
stupidus sit, ut nec in genere quidem sciat distinguere inter grave et leve
peccatum quod vix contingit hoc solo casu confessio est nulla propter inscitiam
confessarii, et conf: iteranda, ita tradit Filiucius T. 7 n. 254 secus si
ex ruditate solum in particulari nesciat distinguere species peccatorum, tunc
confessio adhuc modo a studio et data opera talis indoctus confessarius eligatur
quod utinam multi non facerent ita probabilius hic n. 64 Filiucius T. 7 n. 200
Suarez Tomo 4 D. 22 S. 2 unum est si quis eidem confessario semel
aut saepe sit confessus vel per 10 annos, sed sacrilege et non integre ita sufficit
in genere confessiones priores iterare seu generaliter peccatum se accusare
modo ea quae maliciose vel alio modo omissa sunt in specie et numero
addant, quo facto valide et licite eum absolvet confessarius
modo in genere saltem et in confuso recordetur priorum peccatorum et status
peccatoris sic ut sufficienter poterit ei tam poenitentiam, ita docent
Hurtado de sacramentis D. 5 diffi: 4 et Coninck D. 10: Dicere de ordine confessionis
repetitio probabilem putat sententiam quando in alia pa: 27 Trag
D. 12 n. 510. quod satis sit in tali casu accusare de uno vabo et in genere
omnium peccatorum aliarum confessionum et sacrilegium commissi toties et toties in
confessionibus invalidis et tunc confessarius valide, imo et licite eum absolvere potest
etiamsi nec confusam peccatorum notitiam habeat nec poenitentiam ipsi dare recordetur, Ratio huius sententiae est, quia id ex nullo capite necesse est, nec non repetitio
illa in specie peccatorum priorum; requiritur ad hoc ut verum sit poenitentem omnia peccata
confessum esse, quia iam non supponitur confessus in praeterita confessione ex qua licet in-
valida, confessarius iam semel habuit illorum notitiam, neque requiritur ad hoc
ut confessarius proportionatam poenitentiam iniungat et nam supponitur in prioribus
iniunxisse et poenitentem eam implevisse idem fit quando confessio valde prolixa
auditur per aliquot dies vel horas seu per partes interpolatas nam poenitens absolvi
debet etiamsi confessarius in fine confessionis aliquorum peccatorum non amplius

nemo ex sit ita Heiricq apud Dianā Vabo Conf: potetiam dimidiare Confessio quando ē ita longa ut ñ poss finiri interea autem urget necessitas concandi aut celebrandi, ad vitandum scandalū in tali casu si pœnitens elicere ñ poss contritionē pfectā absolvendus ē sacramentaliter cum attritione, peccata autē in confessione nondū dicta, postea dicenda sunt et tota confessio finienda. Ita Gran: de Sacr: D 4. S 3. n 30.

Tertium e. Si qs numerum pctorū in præsenti confessione omisit, putans bona fide ñ requiri ad sartum, ñ tenetur confessarius eū de hoc numero interrogare sed potest eum relinquere in bona fide si nullum fructum inde sperat sed potius perturbationem, nam propter bonam fidem pœnitentis confessiones præcedentes fuere validæ et formaliter integræ, Ita Marianus T 5. C 2. q 3. mistici candelabri ubi idem et docet quando q in confessione ex verecundia reticuit aliqd peccatum sciens quidem se male facere sed nesciens confessionem reddere invalidam ēe ñ teneri confessiones repetere, sed tm peccata omissa fateri modo voluisset facere integram confessionē, si scivisset priorem ēe invalidam, maxime si qs moriatur, qa ignorantia fuit inculpabilis.

Quæstio Nona.

De Præcepto Confessionis.

Hoc præceptum qua divinum obligat per se in periculo mortis ita Bonacina, D 5. q 5. S 2. pun 4. n 12. et Card. DD ad eandem confessionem obligatus q periculosam navigationem suscipit. Item fœmina prægnans quæ primo vel difficulter parere solet item reus mortis addictus, sicut et miles ante periculosū conflictum tenetur si possit confiteri cum non sit contentus ēe in periculo mortis, an confessio saepius in vita obliget ē dubium apud DD. vide Coninck: D 6 n 35. sed hoc dubium penitus sustulit Ecclia quæ hoc divinum præceptū determinavit ad certum tempus tenetur n quilibet [illegible] fidelium conscius peccati mortalis semel saltem in anno confiteri quocunque anni tempore id fiat, ex capitulo omnis utriusque sexus et tridentini in sessione 14 C 5. porro annus iste intra quem confessio obligat recte computatur a parasceve ad parasceve usqz a Januario id ex habet usus et consuetudo vide Franciscum D 3. S 3. N 8. satis fit autem huic præcepto etiam p confessionem invalidam ex ignorantiam facta ita Silvester V C: n 3 Diana V C n 10 ratio ē qa Ecclia de occultis ñ iudicat nec finis præcepti q in proposito casu est (redire cum Deo in amicitiam) cadit sub præceptum contraria tm sententia eqz probabilis imo probabilior videtur nempe ñ satis fieri præcepto Ecclia p confessionem invalidam qa confessio invalida ñ ē confessio nec sacramentū q ñ fit id q Ecclia præcipit ita Docet Suarez D 36 S 4 Card. Lugo D 15 S 6 § 4 Filliucius Laiman et alii, ñ obligatus confiteri ante diem anni q habet peccatū mortale etsi timet ne oblivisca-

* suscipit